Fragmentarium

…rentem fluentem
… ascendam tecum.
… est. ne forte disperdam
… populus sermonem hunc pes
… ullus ex more indutus

cxlv

… moysen; Loquere filiis
… re ceruicis es. semel ascen
… & delebo te; Iam nunc
… tuum. ut sciam quid fa
… erunt ergo filii israel orna
… te choreb; Moyses quoque
… um tetendit extra castra
… nomen eius tabernaculum
… populus qui habebat aliquam
… diebat ad tabernaculum
… ra; Cumque egrederetur
… culum. surgebat uniuer
… unusquisque in ostio pa
… ciebantque tergum moy
… tentorium; Ingresso
… ulum federis. descende
… bis & stabat ad ostium. lo
… oyse. cernentibus uniuer
… a nubis staret ad ostium
… antque ipsi & adorabant
… uorum; cxl vi
… dominus ad moysen facie
… qui solet homo ad amicum

indicas michi quem missurus es mecum. pre
sertim cum dixeris noui te ex nomine. & in
uenisti gratiam coram me. cxlvii

Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo. osten
de michi faciem tuam ut sciam te. & inue
niam gratiam ante oculos tuos; Respice populum
tuum. gentem hanc. Dixitque dominus; Facies mea
precedet te. & requiem dabo tibi; Et ait moy
ses; Si non tu ipse precedes. ne educas nos de
loco isto; In quo enim poterimus scire ego
& populus tuus inuenisse nos gratiam in conspectu
tuo. nisi ambulaueris nobiscum. ut glorifi
cemur ab omnibus populis qui habitant super ter
ram. Dixit autem dominus ad moysen; Et uerbum
istud quod locutus es faciam; Inuenisti enim
gratiam coram me. & te ipsum noui ex nomine;
Qui ait; Ostende michi gloriam tuam; Respon
dit dominus; Ego ostendam omne bonum tibi.
& uocabor in nomine domini coram te. & mise
rebor cui uoluero. & clemens ero in quem
michi placuerit; Rursumque ait; Non poteris
uidere faciem meam. non enim uidebit me
homo & uiuet; Et iterum; Ecce inquit est
locus apud me. stabis super petram. cumque
transibit gloria mea ponam te in foramine pe
tre. & protegam dextera mea. donec transeam.
tollamque manum meam & uidebis posteriora
mea. faciem autem meam uidere non poteris;
Ac deinceps; Precide ait tibi XXXIIII

um. idest oraculum de auro purissimo duorum
cubitorum & dimidii in longitudine. & cubi
ti ac semis in latitudine. duos etiam cheru
bin ex auro ductili. quos posuit ex utraque
parte propitiatorii. cherub unum in summita
te unius partis. & cherub alterum in summi
tate partis alterius. duos cherubin in singu
lis summitatibus propitiatorii. extendentes alas
& tegentes propitiatorium. seque mutuo & il
lud respicientes; Fecit & mensam de lignis
sethim in longitudine duorum cubitorum. & in
latitudine unius cubiti. que habebat in al
titudine cubitum ac semissem. circumde
ditque eam auro mundissimo. & fecit illi labi
um aureum per gyrum. ipsique labio coronam
auream interrasilem quatuor digitorum. &
super eandem coronam alteram auream; Fudit
& quatuor circulos aureos. quos posuit in qua
tuor angulos per singulos pedes mense contra
coronam. mittitque in eos uectes ut possit men
sa portari. ipsos quoque uectes fecit de lignis
sethim. & circumdedit eos auro. & uasa ad
diuersos usus mense. acetabula. fialas. & cy
atos. & thuribula. ex auro puro. in quibus
offerenda sunt libamina; Fecit & candela
brum ductile de auro mundissimo. de
cuius uecte calami. cyphi. sperule. ac lilia
procedebant. sex in utroque latere. tres calami
ex parte una. & tres ex altera. tres cyphi

bant de stipite candelabri; In ipso autem
uecte erant quatuor cyphi in nucis modum.
sperulaeque per singulos et lylia. & sperule sub du
obus calamis per loca tria. qui simul sex cala
mi fiunt procedentes de uecte uno; Et spe
rule igitur & calami ex ipso erant. uniuersa
ductilia ex auro purissimo; Fecit & lucer
nas septem cum emunctoriis suis. & uasa
ubi ea que emuncta sunt extinguntur
ex auro mundissimo; Talentum auri ap
pendebat candelabrum cum omnibus uasis
suis; Fecit & altare thymiamatis de lignis
sethim. habens per quadrum singulos cubi
tos. & in altitudine duos. e cuius angulis pro
cedebant cornua. uestiuitque illud auro
mundissimo cum craticula ac parietibus
& cornibus. fecitque ei coronam aureolam
per gyrum. & duos anulos aureos sub coro
na per singula latera ut mittantur in eos uectes
& possit altare portari; Ipsos autem uectes
fecit de lignis sethim. & operuit laminis
aureis; Composuit & oleum ad sanctificatio
nis unguentum. & thymiama de aro
matibus mundissimis opere pigmentarii;
Fecit & altare holocausti de lignis sethim XXXVII
quinque cubitorum per quadrum & trium in
altitudine. cuius cornua de angulis proce
debant. operuitque illud laminis eneis. In
usus eius parauit ex ere uasa diuersa. lebetes.

License: cc-by-nc – Fribourg / Freiburg, Bibliothèque cantonale et universitaire/Kantons- und Universitätsbibliothek, Ms. L 523, V8 – Bible
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-pnn6/4499/46323)